

IV. Emendationes ac Notæ in vetustas *Albatenii Observationes Astronomicas*, cum restituzione Tabularum Lunisolarium ejusdem Authoris. Per *Edm. Halley*, S. R. S.

CVM inter Monumenta Veterum nihil uspiam reperiatur Observationum Astronomicarum nisi apud Claudiū Ptolemæum, cumque etiam nullas alias in Syntaxi sua tradiderit, præter eas quæ Theoriis suis comprobantibus usui erant, cæteras vero permultas sine dubio à Timocharide, Hipparcho aliisque posteritat consignatas, insigni Scientiæ detrimento suppresserit; haud abs re fore videtur, Albatenii sive El Batèni (ut Arabice sonat) medio præcise loco inter nos ac Ptolemæum florentis, ac Ptolemæi Sphærmata primum corrigere ausi, Cœlestia Observata in lucem promere, atque à traductoris vel Typographi vel utriusque mendis quâ potui diligentiam liberare.

Author iste sane pro suo sæculo admirandi acuminis, ac in administrandis observationibus exercitatissimus, ut apparet ex eo quod Solis motum, captis Äquinoctiorum momentis, penitus restaurasse videretur, si longius Ptolemæi vestigiis abcedens, Eccentricitatem Solis bifecandam esse vidisset. Liber quem patrio sermone conscripsit saltem apud nos non reperitur; ante aliquot sæcula vero ex Arabico in Latinum translulit quidam Plato Tiburtinus neque Linguarum satis sciens, neque Astronomicâ disciplinâ instructus, ut ex ipso opere conspicuum est. Hujus autem traductionis binas vidi editiones, alteram Noribergæ Anno 1537. alteram Bononiæ Anno 1645. sed ex priori omnino desumptam, cum etiam errata omnia Typographicâ prioris conservet, licet Bibliothecæ Vaticanae exemplar prætendatur. Ut canque sit, utraque Editio crebris scatet mendis, præsertim quoad Numeros, atque utraque Tabulis Astronomicis Authoris, quarum passim sit mentio, mutilatur.

*

Alba-



Albatenius autem in Luna & Planetis Ptolemaicis Hypothesibus emendandis frustaneam operam insumit ; cumque veriora scientiae Syderalis principia jam nocti simus, cætera quidem ejus haud usque adeo necessaria sunt ; Observationes vero ejus quas solas habemus, per tot sacula inter Ptolemaeum & Regiomontanum lapsa, jure conservari atq; inter pretiosissima Uranie nævium reponi merentur. Præsertim cum usus eximios præbeant in demonstranda Temporis Annui inæqualitate ; uti alia occasione probare satago.

Floruit Albatenius circa Annum Christi 890. vigente jam Imperio Saracenico ; creditur Vir Nobilis, à quibusdam etiam patriæ sue Princeps : Ut cunque fuerit constat illum Syriæ incolam per plures annos Antiochiae vel Arrœtæ vitam egisse : Tabulasque Astronomicas Observationibus propriis fretas ad Meridianum Arrœtæ constituisse. Urbs autem ista propriè dicebatur Alracca vel Alrecca, tempore Albulfedæ desolata, olim autem magna & celebris fuit juxta Euphratem sita, ad latus Orientale & Borcale : Albulfeda in descr. Mesopotamiæ. Consentientque omnes Geographi Arabes ad ripam Euphratis positam fuisse, sub Latitudine 36 gr. quantam ei assignat ipse Albatenius Cap. IV. Videturque Urbs ista à Persis condita ad tutandum ripam Persicam quo tempore Romana potestas mole suâ ruens in occasum vergeret. Antiochiae vero Syriæ ad Orontem situs satis notus est, cum etiam hodie urbs inclyta sit.

His in urbibus observationes suas instituit Albatenius, quas cum malè descripserit qui librum ejus Latinitate fere barbarâ donavit, neque numeros, quod maxime oportuit, curaverit, hortatu R. Societatis non potui hanc emendationem non suscipere, simulque Tabulas Astronomicas Authoris quæ Solem Lunamque spectant, quæque periisse videbantur, quantum fieri posset, redintegrare. Observationes autem sic se habent.

Primum refert se observasse distantiam Tropicorum prægrandi instrumento ac omni adhibita curâ 47 gr. 10 min. 1 cal. Solis æstivi à Zenith minimam distantiam 12°. 26'. Hiberni vero maximam 59 gr. 36'. unde etiam elicetur *Latitudo*

Latitudo Urbi Araetæ 36 gr. 1 min. Maxima vero declinatio Solis sive Zodiaci obliquitas fit 23 gr. 35', quam tamen, sine ullo examine, immutatam supposuere Astronomi omnes hoc nostro seniores, qualem Ptolemæus ab Hipparcho receperat, uempe 23 gr. 51 min. 20 sec. Cap. IV. Deinceps.

Anno 1194 Dbilcarnajin sive Anno 1206 ab obitu Alexandri, hoc est, Anno post Christum natum 882, die 19no Mensis Elul sive Septembrit, 4 h. 45' ante Solis extortum, in Arræcta observabatur Äquinoctium Autumnale. Hoc est Septemb. 18° 13 h. 15' P.M. Factaq; collatione cum observatione Ptolomæi Anno tertio Antonini habita, hoc est Anno Christi 139 Sept. 26. horâ unâ post ortum Solis, sive Sept. 25° 19 h. Alexandriæ, ex intervallo 743 Annorum, colligitur spatium Annum sive quo Sol ad äquinoctia revolvebatur. 365 dierum 5 h. 46' 24'', motumq; ejus in Anno communi 11 s. 29° 45' 46'' 25''' $\frac{1}{2}$, aliquantum justo celeriorem. Quod quidem evenit ex eo quod Ptolmæum, arte ac industriâ ne dicam fide Hipparcho longe inferiorem, hoc in negotio prætulerit; cum scilicet jam pro comperto habeamus Ptolemæi äquinoctia nullo modo cum aliorum observationibus conciliari posse, ut potius fida quam cœlitus deprompta credere liceat. Has Cap. XXVII. traduntur.

Deinde Cap. XXVIII. refert Albatenius Äquinoctiorum intervalla, qualia multo labore ac diligentia ipse plurimum annorum repetito experimento determinaverat. Scil. ab äquinoctio Autumnali ad Vernalē intercedere 178 dies 14 h. 30', a Vernali vero ad Autumnale äquinoctium 186 dies 14 h. 45', cui etiam plus fidei adhibet Author. Eademq; curâ Solis in quadrante vernali moram, sive a principio Arietis ad Solstitium æstivale, definiuit 93 dierum ac 14 horarum. Ex quibus datis, calculo debite instituto, totam Solis Eccentricitatem $2^{\circ} 4' \frac{3}{4}$ statuit, qualium Radius Eccentrici est 60 : vel 3465 qualium radius est 100000. Apogœon vero Solis tunc temporis, viz. Anno Christi 882,

Geminorum 22 gr. 17' tenuisse similiter demonstratur; idq;
mobile, una cum stellis fixis, singulis 66 annis Julianis
gradum unum confidere docetur, Cap. XXXIII. ac LI. unde
provenit motus ejus annuus 54" 33""

*His positis principiis numeros Albatenii qui Solis motum
spectant haud difficulter restaurare possumus. Ac inito calculo
proveniunt Radices motuum, in euntibus Annis Christi, sub
Meridiano Arractensi.*

Anno Christi	Apog. ☽				Med. motus ☽			
	s	°	'	"	s	°	'	"
881	2	22	16	5	9	14	24	42
882	2	22	17	0	9	14	10	28
883	2	22	17	55	9	13	56	14
891	2	22	25	12	9	14	0	42
901	2	22	34	19	9	14	35	52

Logarithmus autem pro æquatione Solis 9.969888.

*Ut autem corrigantur Librorum imprefforum graviora er-
rata sensumq; turbantia, præsertim in Numeris ubi de Solis
motu argumentatur, utramq; Editionem sic emenda.*

Edit. Bonon.	Edit. Norib.	pro.	lege.
pag.	lin.	pag.	lin.
66	15	20 dies.	70 dies.
	21	27 b 7	300.
	28	13	Phamenoth.
	31	15	463.
	31	16	Mesori.
67	5	25	600 annos.
	11	31	286.
68	7	28 a 18	32 quart.
	19	28	53 quint.
69	18	28 b 11	14 hor. 45'
70	19	31	PKLM.

Edit.

<i>Edit. Bonon</i>	<i>Edit. Norib</i>	<i>pro.</i>	<i>lege.</i>
<i>pag.</i>	<i>lin.</i>		
70	25	28 b 37	80.
	31		6 secund.
	32		59 min.
71	12	29 a 23	59 sec.
	17		58 min.
201	ult.	79 b 38	2 gr. 22 min.
202	11	80 a 6	20 min.

Ex hoc specimine conjectare licet quali castigatione indigeat liber iste, cum tam paucis paginis etiam numeri toties vitiati reperiantur: ut taceam verborum ac literarum errata ut leviora.

Præcipuas vero Observationes suas tradit Cap. XXX. quatuor scilicet Eclipses, duas Solares totidemq; Lunæ.

Prima Solaris medium observatum est Arraetæ Anno 1202 Dhilcarnajin five ab obitu Alexandri 1214, hoc est, Anno Christi 891, die octavo Mensis Ab five Augusti, horæ una temporali post Meridiem; hoc est (occidente Sole horâ 6 h. 45') 1 h. 7¹/₂ P.M. ac tum defecit in Sole plus duabus tertiiis vel octo digitis. Tempore autem veræ Conjunctionis, quam medium Eclipsis octavâ horæ parte præcessisse computat, five 1 h. P. M. æquate vero 1 h. 4' juxta Albatenii Tabulas motus supputati sic se habebant.

	S. °
<i>Solis Locus medius</i>	S. 20 54
<i>Solis Locus verus</i>	S. 19 14 .
<i>Lunæ motus medius</i>	S. 17 6 pro 17 50
<i>Anomalia Lunæ correcta</i>	II 3 7 pro 2 57
<i>Argumentum Latitudinis medium</i>	5 24 43
<i>Argumentum Latitudinis verum</i>	5 26 51 pro 26 11
<i>Ideoq; tempore medii Eclipsis</i>	5 26 55 pro 27 11
<i>Unde Latitudo D vera Septen- trionalis</i>	S. 0 0 16

Concluditque numeros Ptolemæi integrâ horâ citius quam observatum est, hanc Eclipſin repreſentare.

Alterius Solis Eclipſis medium Antiochiae viſum est, Anno Dhilcarnajin 1212 (pro 1205) ſive Anno à morte Alexandri 1224 (pro 1554) hoc eſt, Anno Christi 901, die 23° Menſis Canun (non Huni) ſecundi, ſive Januarii, 8^h. 20'. A. M. vel Januarii 22°. 20'. 20'. Arractæ vero 20'. 32'. Ac quanitas deficiens parum excedebat centrum Solis ſive ſex digitos. Mediumque Eclipſis 50 minutis (non horæ dimidio, ut habent libri impressi, pro dimidio ac tertio) veram conju[n]ctionem p[re]cedere debuit, quam proinde fuiffe conſtat 21^h. 22'. Arractæ: Tempore vero æquato 21^h. 37'. quo Motus ex Tabulis Authoris ſic inveniuntur.

	S .
<i>Locus Solis medius</i>	≈ 7 9
<i>Locus Solis verus</i>	≈ 8 35
<i>Lunæ motus medius</i>	≈ 12 49 S .
<i>Anomalia Lunæ correcta</i>	4 6 35 pro 5 6 55
<i>Argumentum Latitudinis medium</i>	5 23 25 pro 5 23 55
<i>Argument. Lat. verum</i>	5 19 11 pro 5 19 41
<i>Ideoque tempore medii Eclipſis</i>	5 18 45
<i>Unde vera Latitudo Lunæ Borea</i>	○ 59

Secundum Ptolemæi vero numeros hanc Eclipſin totis duabus horis tardius contingere debuiffe affirmat.

Ex Eclipſibus Lunaribus prima obſervata eſt Anno 1194 Dhilcarnajin, vel 1206 à Morte Alexandri, ſive Anno Christi 83. die 23° menſis Tamuz (pro 53 Temur vel Zemur) vel Julii. Mediumque in Arracta apparuit 8 horas & aliquid amplius Post Meridiem; pone 8 h. 5 min. id eſt, æquate 8 h. 9 min. Defectusque parum ultra decimum digitum attigit. At juxta Numeros Authoris tenuere tunc temporis.

	S	o	'	•	•	•
<i>Sol medio motu suo</i>	5	21	pro	5	51	
<i>Locus ejus verus</i>	5	4	1 pro	4	5	
<i>Luna autem medio motu</i>	≈	8	45			
<i>Anomalia Lunæ media</i>	3	23	8 pro	93	0	
<i>Anomalia autem correcta sive æquata</i>	3	24	10 pro	94	10	
<i>Argumentum Latitudinis medium</i>	6	10	49			
<i>Argument. Latitudinis verum</i>	6	6	5			
<i>Unde Latitudo Austrina</i>	0	32				

Error autem Ptolemæi in hac Eclipsi, est trium horæ quadrantium, quibus Medium citius observato ex numeris ejus supputatur.

Secunda vero Lunarium erat Anno 1212 Dhilcarnajin, vel 1224 à morte Alexandri, Annove Christi 901, die secundo Mensis Ab sive Augusti; & Observabatur Medium Antiochiae 15^h. 20'. P. M. id est, Arractæ 15^h. 35' fere, æquate vero 15^h. 39'. Ac Luna fere tota deficere visa est. Tunc temporis Elementa calculi juxta Albatenium colliguntur.

	S	o	'	•	•	•
<i>Solis Locus medijs</i>	5	16	10			
<i>Solis Locus verus</i>	5	14	36			
<i>Lunæ Locus medijs</i>	≈	19	24	pro	19	54
<i>Anomalia Lunæ media</i>	3	20	7			
<i>Anomalia Lunæ æquata</i>	3	21	5	pro	91	5
<i>Argumentum Latitudinis medium</i>	6	10	10	pro	109	10
<i>Argument. Latit. verum</i>	6	5	21	pro	185	51
<i>Unde Latitudo Lunæ Austrina</i>	0	0	28			

Ptolemæi vero numeri hanc Eclipsin 50 fere minutis citius quam observatum est promittunt.

Vides ex his numeris, quasi tot errores quot veros reperiri, ideoq; haud levi studio emendandos fuisse: ne tamen correctioris nomine temere eos immutasse videar, Radices mediorum motuum Lunæ, Apogæi & Nodi, quales ipse Albatenius in his

computationibus supposuit, adjungere placuit, ut cuilibet experiri liceat qua fide hæc observata tractavimus. Radices autem sive Epochæ Lunarium motuum ab Äquinoctio, in eundem Annis Christi sub Meridiano Arraetenisi proveniunt.

Annis Christi.	Mot. Med. D			Apog. D			Nodus Asc. D		
	S	o	/	S	o	/	S	o	/
881	7	27	29	3	01	33	5	17	25
882	0	6	53	4	12	12 $\frac{1}{2}$	4	28	5
883	4	16	16	5	22	52 $\frac{1}{2}$	4	8	45
891	3	27	42	4	18	25	11	4	1
901	0	11	4	6	5	23	4	20	36

Multas etiam alias Eclipses Lunares se observasse testatur Author, quas cum Tabulis suis congruentes invenit; adhibet à maximâ in Syzygiis æquatione 5 gr. 1 min. qualém eam statuit Ptolemæus, ac qualém etiam hoc nostro sœculo Cœlo conformem experimur.

Stellarum autem fixarum Loca duo tantum reperiuntur, ab hoc Authore ad suum seculum verificata; ad annum scil. Dhilcarnajin 1191 sive Annum Christi 880: Invenit autem Cor Leonis tunc temporis occupare gradum 14°. o. Leonis; Boream vero frontis Scorpii m 17°. 20'. seu potius 17°. 50'. Alter non constabit intervallum 11°. 50'. inter loca, ante 783 annos iisdem à Ptolemæo tributa, & à seipso observata, unde etiam statuitur Stellas fixas singulis 66 annis gradum unum progredi, atq; una Solis Apogæon. Quod si revera scripserit Locus hujus Stellæ m 17. 20. ut habetur in libris impressis, majorem certe his observationibus fidem postulat, cum differentia locorum Cordis & Boreæ frontis m, certissimis nostris observandi Methodis 93°. 20'. proveniat, ubi Ptolemæi Catalogus dimidio gradu abundat. Albatenii Cap. LI.

Optassem quidem in aliqua ex instruclissimis Europæ Bibliothecis Albatœnii exemplar Arabicum reperiri posse, unde has nostras emendationes comprobare liceret; ac Linguam istam callentes exoratos velim, at hæc pauca, saltem quæ observationes spectant, cum MSS conferre ac nobis cum communicare non grave ducant. Non quod verear me errare posse in deducendis his numeris, fidissimis Astronomiæ principiis fretus; sed quia Doctis quamplurimis, quibus fortasse Argumentum de immutato Tempore annuo non displicebit, harum emendationum ratio minime patebit, nisi hujus Scientiæ principiis imbuantur. Hic vero obiter notare licet Æram Dhilcarnajin à plurimis Chronologistis pro Æra Mortis Alexandri assumi, nominis ratione redditâ, quod Alexander vocaretur Bicornis, quasi in Orientem ac Occidentem utrinque propagato Imperio. Æra autem nostra duodecim annis Morte Alexandri posterior est; unde liquet, non ad eum sed ad ejus successores Vocabulum istud referri. Dhilcarnajin autem proprie dicitur Bicornis, unde conjectura est hanc Æram inchoasse à bipartito Orientis Imperio inter Antigonom & Ptolemæum, quod sub Persis ac Alexandro diu indivisum manserat. Vel fortasse ab initio Regni Seleuci Nicatoris dicti, cuius Statuæ Bicornes fingeabantur teste Appiano. Idemque in Numismatis ejus etiamnum conspicitur. Cornu autem passim pro Gloriâ ac Majestate etiam apud Sacras Literas reperitur. Incepere vero Anni hujus Æræ à Mense Elul sive Calendas Septembribus Julianis, cæterique Menses Julianis ubique pares, ut ex his etiam observationibus constat.